

CAP. II. DE QUÆSTUS MERETRICII

Nam quod verba bac: Accipiat sibi, ne simus in contemnum, quidam ita accipiunt, quasi excusat Judas se præstissem datam fidem, mibi non probatur. Alter illi sensus longe melius quadrat, quod mavult Judas annulum perdere, quam rem longius spargendo materiam præbere vulgi sermonibus: quia levior fit pecuniae, quam credulus jaclura. Aliud etiam ludibrium timendum fuit, quod tam fama fuerat. Sed præcipuum ex scortatione dedecus veritus est, ubi videmus homines, qui DEI Spiritu non reguntur, de mundi opinione magis, quam DEI iudicio esse semper sollicitos. Cur enim, dum eum tillabat carnis libido, non venit hoc in mentem: Ecce, nunc factus ero coram DEO & Angelis? Cur nunc saltem, postquam libido defebuit, non erubescit tacita peccati sui notitia? Sed securus est, modo à publica infamia sibi caveat. Docet tamen hic locus, quod jam prius admonui, communis hominum sensu damnata m fuisse scortationem, ne quis ex ignorantia excusationis pretextum quereret. Hisce ferme gemina sunt, quæ ad d. cap. 38. Genes. vers. 23. commentatus est Cornel. à Lapide.

31 Ex hisce etiam turpitudo quæstus meretricii abunde patet; cum non melioris conditionis esse queat quæstus iste, quam cuius conditionis est causa, pro qua datur & accipitur. Quapropter uti lucra ex furtis, ex latrociniis redacta turpia sunt: sic eadem turpitudine laborat quæstus meretricius; quia pro opere turpi nihil honeste vel dari, vel accipi potest, Medin. tom. 2. tit. de reb. restituend. quæst. 19. & seqq. allegatus ab Azor. pag. 3. Institut. moral. lib. 4. cap. 21. pag. 290. Qui cum moralibus Pontificiis ferme omnibus contrarium tenet, & quæstum istum non pro pretio peccati habent, sed pro mercede ex locatione actus delectabilis descendente. Sed illi revera nihil aliud agunt, quam ut leges tam diuinæ, quam humanæ cavillentur, Deoque pariter ac hominibus nefarie illudant præstigiatores nequissimi. Ille enim actus delectabilis uti in se & natura sua malus est, & in voluptate corporis consistit; ita nec honesta ejus locatio esse, nec pretio sive mercede aestimari potest: quia nullus contractus circa res in honestas occupatur,